

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Electio u  
cum fonte primo

Apud Trachiam

in regis electione non nobilitas preualet sed suffragium uniuersorum.

Populus enim eligit spectatum moribus et inueterata clementia eciam annis grauem,  
sed hec in eo queritur cui liberi nulli sunt.

Nam qui pater fuerit, eciam si uita polleat, non admittitur ad regendum,  
et si forte dum regnat genuerit, exuitur potestate;  
ideoque maxime custoditur ne fiat hereditarium regnum.

Deinde eciam si rex maximam preferat equitatem, nolunt ei totum licere.

Quadraginta ergo rectores accipit ne in causis capitum solus iudicet.

Sic quoque si displicuerit iudicatum,

ad populum prouocatur atque ita datis iudicibus septuaginta fertur sententia  
cui necessario acquiescitur.

Solinus de mirabilibus mundi.

in regis electione non nobilitas praeualet, sed suffragium uniuersorum.

populus eligit spectatum moribus et inueterata clementia, etiam annis gravem.  
sed hoc in eo quaeritur, cui liberi nulli sunt:

nam qui pater fuerit, etiamsi uita spectetur, non admittitur ad regendum:

et si forte dum regnat pignus sustulit, exuitur potestate:

idque eo maxime custoditur, ne fiat hereditarium regnum.

deinde etiamsi rex maximam praeferat aequitatem, nolunt ei totum licere:

triginta ergo rectores accipit, ne in causis capitum solus iudicet:

quamquam sic quoque si displicuerit iudicatum,

ad populum prouocatur atque ita datis iudicibus septuaginta fertur sententia,  
cui necessario acquiescitur.

Gaius Iulius Solinus, *De mirabilibus mundi*, 53.14-16 (T. Mommsen ed., 1895, p.198,  
II.7-17).